

# Angers 3 (lat)

HIC EST VINDICIO DE HOMINE IN ESCENO POSITO

Domno mihi proprio **illo** ego **illi**.

Et quia coniuncxerunt <sup>1</sup> mihi culpas et meas magis negligencias pro furta, quid feci, unde ego in tormentas fui et eologias feci et morte<sup>a</sup> periculum ex hoc incurrire debui, set abuit pietas vestra datis de ris<sup>b</sup> vestras soledus **tantus**. Ideo hanc epistolo vindicione de integrum statum omni peculiare meo vobis emit[ten]dam<sup>c</sup> Curavi, ut, quicquid ab odiernum die de memetipso facere volueritis, sicut et de reliqua mancipia vestra originaria, in omnibus Deo praesole habias potestatem faciendi. Et si fuerit ego ipsi aut aliquis de propinquis meis vel qualibit extranea persona, qui contra hanc vindicione, quem ego ipsi bona volumtate fieri rogavi, agere conaverit, inferat inter tibi et fisco soledus **tantus**, vobis conponit et quod repetit nihil valeat vindecare et hec vindicio perenni tempore firma permaneat. <sup>2</sup>

<sup>a</sup> morte] verbessert aus merte *Fu<sub>2</sub>*

<sup>b</sup> de ris] für deris *Fu<sub>2</sub>*, so auch *Zeū*

<sup>c</sup> emittendam] für emittdam *Fu<sub>2</sub>*, so auch *Zeū*

<sup>1</sup> [fol. 140<sup>r</sup>]

<sup>2</sup> [fol. 140<sup>v</sup>]

